imbelles conjuncti sumus, qui tueri doctrinae
et cultuum integritatem dum pro viribus
contendimus, in quorundam potentiorum
injusta odia vocati sumus, proinde nihil vi-
deo mihi utilius, quam quod ad odium maleu-
leos jam longa consuetudine quondam cultum
duxi. Scribendi causa repente oblata fuit,
non potui, ut volebam, de tuis omnibus, quae
me angunt scribere, propediem fusius scribam
per studiosos quosdam tempestivius de factu-
ris. D. Doctorem in studiis adesse, et scio quod ma-
gni mali vobis imminere, quod Deus ipso-
rum avertat verbo. Salutem precor D. Praeposito
et D. Consuli et ejus affini Renekelio cum reliquis
amicis, quibus singulatim scribam propediem.
Vale. 4. Nonas Martij 1561. Duisburgi.

Johannes Molanus.

Theodoro ab Haer. Colonia 4.)

Pax Christi.

Audi paucis Theodore dilecte de Lamberto et [= Ascr. a. 7:
Florentio gratias ago Deo omnipotenti Patri N. 84]
nostro, quod eorum puerorum imbecillem in-
fantiam jam nunc sua gloria commendat cum
ignominia hostium suorum. Quantum potes
confirma teneros animos, hoc imprimis
ex me commonefaciens, ut a Catechesi non
discedant, precationis ardorem fovere non desi-
nant, fiduciam filii Dei non abjiciant, primi-
tias Spiritus sancti profanis dolorum cultibus
obliterari non patiantur. Tuum periculum
tam mihi est cordi, quam quod maxime. Si
stare potes, inflexus in virtute Domini nihil

est illo propitio, qui dextrimè fessis, in
manu ejus sunt omnes fines terræ. Sin ut
est humanæ carnis infirmitas res
te ipsa commovet, sanantes infirmorum
vires declinandus esse, et juxta domi-
nicum consilium in aliam civitatem
esse fugiendum: est hæc una expeditissi-
ma via ut hinc adeuns perfugiis omnibus,
quod dicitur, ulnis complectendis. Quamq
enim nostræ opes sunt exiguæ, satis ille locu-
ples est tamen et satis beatus, qui suas om-
nes rationes ad Christi hæredis servitium
referre satagit atque certe contendit. Vale.
Duisb. prid. non. Martij 1581. Salutem di-
cito pueris ex me et eis si potes hoc epistolium
vel obiter ostende.

Johannes Molanus.

5.)

[= Mscr. A. 7: Nr. 85]

M. Ægidio Becio Francofurti.

Pax Christi.

Dilecte frater, fecisti nuper bene, quod me
in nostrarum rerum jactatione ad commu-
nes justitiæ studentium procellas et ad
quondam totius Ecclesiæ naufragium respicere vo-
casti. Hoc enim pacto et acriore sensu publi-
carum miseriarum affectus sum, et in pati-
entia oneris nostri placidius acquiesco.
Scilicet alia ex aliis pericula nectuntur,
nec est ullum huic perfugium, quam si susti-
nendis bonis malisque scapulas accommodemus.
Erat antea difficilis quædam concertatio, par-
tim ex docentium disjunctione, partim ex